Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

transibunt pede ⁊ ibi lætabimur in ipso · Qui
dominatur in virtute sua in æternum ⁊ oculi eius
super gentes respicient ⁊ qui exasperant non ex
altentur in semet ipsis · Benedicite gentes
dominum ⁊ & auditam facite vocem laudis eius ·
Qui posuit animam meam ad vitam ⁊ & non
dedit in commotionem pedes meos · Quoniam
probasti nos deus ⁊ igne nos examinasti ⁊ sicut
examinatur argentum · Induxisti nos in la
queum ⁊ posuisti tribulationes in dorso meo ⁊
imposuisti homines super capita nostra · Tran
siimus per ignem & aquam ⁊ & eduxisti nos
in refrigerium · Introibo in domum tuam
in holocaustis ⁊ reddam tibi vota mea quæ dis
tinxerunt labia mea · Et locutum est os meum ⁊
in tribulatione mea · Holocausta medullata
offeram tibi cum incensu arietum ⁊ offeram tibi
boves cum hircis · Venite audite & narra
bo omnes qui timetis deum ⁊ quanta fecit anime
meæ · Ad ipsum ore meo clamavi ⁊ & exultavi
sub lingua mea · Iniquitatem si aspexi in